

II K 51349

II a
831



~~h. m. II, 1865.~~

~~n. 7517~~

OBSERVATIONUM LITTERARIARUM

HEXADEM

SISTIT
EAMQUE
VIRO

MAGNIFICO, SUMME VENERANDO ATQUE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

IOANNI BARTHOLOMAEO
RIEDERER

PHILOS. ATQUE S. S. THEOL. DOCTORI

HUIUSQUE PROFESSORI PVB. CELEBERRIMO

NEC NON

ECCLESIAE ALTORFINAE DIACONO MERITISSIMO

PATRONO AC PRAECEPTORI AD VRNAM VSQVE

OMNI PIETATIS CVLTU SVSPICIENDO

IN

GRATISSIMAE ET OBSERVANTISSIMAE

MENTIS TESTIMONIUM

SACRAM ESSE HVET

PATRIIS MVVIS VALEDICTVRVS

GEORGIVS ERNESTVS WALDAV

NORIMBERGENSIS.



ALTORFII MDCCLXVI

LITTERIS HESSELIANIS.



OBSEVATINCVARVA LITTEBARIARVM

HEXADEMI

VIRO
KAMOVE
SIVIT

MAGNICO SVIME VITERRANO QVETTELQVETVINO

DOMINO

IOANNI BARTHOLOMAEO

RIEDER

PHILOSOPHO S. THEOL. DOCTORI

VIRO QVETVINO PROFESSORI PVLICO QVETVINO

W. S. KOX

ECLESIAE AIBORNAE DIGNO QVETVINO

PATRONO AC GRATVITIO ANVRMANO QVETVINO

OMNI PIETATIS CVLTV SVSICINNO

IN

GRATVITIAE ET QVETVITIAE

QVETVITIAE

QVETVITIAE


PATRIAE MVSTICAE VAVICTVIVS

GEORGIVS ERNESTVS WILDAY

QVETVITIAE

ALIQVETVITIAE

LITTEBARIARVM





VIR MAGNIFICE


SVMME VENERABILIS ATQVE EXCELLENTISSIME,

PATRONE AC STVDIORVM AMPLIFICATOR

MAXIMOPERE COLENDE!



eminem eruditorum fugit, quam latus sit historiae litterariae campus, et quam difficile sit, illius fundum quasi emitiri. Nullum inter doctissimos reperies viros, qui oceanum huncce transmisit, haud paucos vero, qui litus legerunt. Interim de amoenissimi huius studii utilitate quis est, qui dubitat? Exhibet non modo litterarum, sed et litteratorum ipsarumque arrium historiam, atque hac ratione eruditionem nostram amplificat, prouehit, exornat. Ille quoque, qui sat magnos in historia litteraria fecit progressus, nunquam aliorum ludibrio sese exponet, nec errores, quibus aliorum contemptum incurrit, committet. Sedulo itaque ad hoc studium incumbendum esse omnibus illis, qui eruditionis solidae gloriam nancisci uolunt, certum est. Sine historiae litterariae cognitione ad sublimiora contendere studia, quid est aliud, quam Icarum imitari ac Phaethontem? Quid aliud, quam Isthmum perfodere aedesque in puluere exstruere? Rebus sic se habentibus ego quoque studio huic nonnihil tribuo temporis, cautionem tamen omnem adhibens, ne fines iustos transiliam, et alias aequae necessariae negligam scientias, semper mecum reputans, historiam litterariam esse quidem necessariam, sed non ipsam eruditionem.



Collegi inter legendum meditandumue varias observationes,
ad hanc disciplinam pertinentes, quarum unam et alteram TVAE,
VIR LITTERATISSIME, limae subiicere audeo.

Inter multa, quae Deus T. O. T. M. in alma Academia Al-
torfina in me beneficia contulit, quaeque grata animi memoria
tacitus quotidie ueneror et recolo, illud iure quodam meo potis-
simum extollo et uere praedico, quod TE, VIR MAGNIFICE,
non solum DOCTOREM et PRAECEPTOREM, sed et MAECE-
NATEM AC FAVTOREM PRORSVS EXIMIVM mihi conce-
serit. Quanta animi uoluptate ab ore TVO eruditissimo quotidie
fere pependi, doctrinaeque ad summam felicitatem ducentes abs
TE percepi? Nullo non tempore licuit mihi, sapientissimis TVIS
sui consiliis; praebuisse TE ingenii, uirtutis ac morum emendato-
rem, et ne multa, beneficiorum TVORVM tanta in me redun-
dauit copia, ut illa uix enumerare, multo minus satis praedicare
possim. Ex hac Musarum sede in Saxoniam discedens animum-
que gratissimum palam testatum facturus hoc specimen, quamuis
sit exiguum, TIBI tradam. Annuat Summum Numen uotis meis
ardentissimis, uiresque animi et corporis, assiduis occupationibus
distractas, confirmet adiferos usque annos. Sic ualeas fauorique
TVO etiam absentem commendatissimum habeas:

cultorem obsequentissimum
addictissimumque:

●GEORGIVM ERNESTVM WALDAVIVM

S. S. Theol, Stud.

Ob-



Obersv. I. de Curtio eiusque editionibus.

Q. Curtius, historicus ille excellentissimus a multis, praesertim Io. Bodæo, nouatore isto politico, et Harduino, uiro ex Ignatianorum familia famoso uerius quam celebri, in numerum scriptorum recentiorum et supposititiorum refertur, quam sententiam quoque tuetur D. G. MOLLERVS in Diff. de Curtio, Alt. 1683. eodem anno a M. D. OMEISIO sub adscito HERMANNI BREVERI RIGENSIS nomine in *de Curtii Aetate* disputatione et a I. C. WAGENSEILIO in *Pera libri iuu. T. II. p. 178.* ex solido confutatus. Maximo autem apparatu I. CLERICVS in *Arte Crit.* Curtium e genuinorum auctorum numero excludere allaborat, eique rei probandae totum Part. II. librum impendit. Sed non ita comparata sunt, quae Vis doctissimus profert, ut Curtium inter fictos ab impostoribus auctores ablegemus, licet illius aetas dubia sit necdum satis explorata. Optime de hoc classico, ut uocant, scriptore meritis est I. FREINSHEMIUS, Prof. Vpsal, et Reginae Suecorum Christianae Bibliothecarius, qui suam illius editionem commentariis, supplementis et indicibus comitatus est: confirmatissimis. Prima eius editio lucem uidit *Argent. 1640. II Tom.* repetita *Amst. 1664. et 1672. ead. form.* Prodiit quoque studio CORN. SCHREVELII, *Franc. 1668. 8. curis I. H. RAPPII, Arg. 1670. 4. et tandem Amst. 1687. 8.* Vti uero FREINSHEMIO constitutum fuit, nihil omittere eorum, quae ad Curtium ornandum utilia uidebantur: ita subiecit quoque catalogum exemplarium Curtianorum MStorum et impressorum, eaque secundum annorum seriem recensuit. Licet MORHOFFVS confirmet, FREINSHEMIUM studiosissime omnes Curtii editiones commemorasse; uariae tamen ab eo sunt ommissae, quas, temporis ordinem sequentes, dabimus. Vsi sumus, ne quid celemus, praesertim Catalogo Bibl. HEINSIANAE, Lugd. B. 1682. 8. edito, cuius praestantia iam inde elucet, quod Duumuirum in republica litteraria celeberrimi illum in recitationibus suis illustrarunt, I. G. GRAEVIUS, teste GVNDLINGIO in *Hist. Litt. T. I. c. 2. p. 87.* et C. S. SCHVRZFLEISCH, uti ex CLARMVNDI *Vitis Virr. Clariss.* patet, qui saepius ad SCHVRZFLEISCHII Collegium MStum in Gatal. HEINSIANVM prouocat.

1491. Curtius, Veronae, fol.

1519. Lugd. ap. Ant. Candidum, 8. Editio, ipsi Fabricio non cognita.



1533. Editio Erasmi, repetita 1553. Paris.
1541. Lugd. ap. Gryphium, 8. rursusque ibid. 1551. 12.
1546. praeter Lugdunensem etiam Antuuerp. 8.
1584. cum var. lect. Cod. MSti THEOCRENIANI, Lugd. ap. Gryph. 12.
quae editio HEYMANNO in Consp. R. P. L. p. m. 317. Phoenix librorum audit, et a Vogtio inter rarioris commatis libros numeratur. Mirandum tamen, FABRICIVM in Bibl. Lat. nullam illius iniicere mentionem.
1603. Lugd. 12. *quam FABRICIVS non habet.*
1615. ib. ap. Frelon. *De qua editione consulas VOGTIVM, uoce: Curtius.*
1622. cum not. Popmae, Lugd. B. 12. *FABRICIO non uis.*

Hae et forsân plures sunt editiones, quarum plane nullam fecit mentionem FREINSEMIUS. Liceat nobis; addere hisce quasdam recentiores notatu dignas:

1648. Curtius cum ind. et not. polit. Loccenii, Amst. 12. *FABRICIO omiffa.*
1649. e recognitione et c. not. Blancardi, Lugd. B. 12. *Inter meliores refertur.*
1658. cum not. Varior. curante C. S. M. D. Lugd. B. 8. *Praeterit hanc editionem FABRICIVS.*
1673. c. not. Varior. Amst. 8. *quam OL. BORRICHIVS copiosiorem FREINSEMIANA nominat.*
1678. in usum Delphini adornauit MICH. de TELLIER, S. I. Paris. 4.
1685. c. comm. Pitisci et fig. aen. Ultraï. 8. *repetita ibidem 1693. et 1708. e. f. Ultimam non citat FABRICIVS.*
1688. 1691. 1696. 1711. 1721. prodierunt editiones CELLARIANAE.
1724. c. not. perpet. Modii, Acidalii, Freinshemii etc. curauit Henr. Snackenburg, Delph. 4. *Editio omnium praestantissima.*

Ob-



Oſſeru. II. de L. Apuleio.

Lucii Apuleii editiones quasdam non indicat cel. Fabricius, nempe

1516. c. comm. Beroaldi et figg. Ven. fol. *Bibl.* SOLGER.

1587. c. not. COLVII, ap. Plant. 8. FABRICIUS editionem anni 1588. ap. Raphel. pro prima habuit. Notatu dignum PETRI COLVII ſingulare fatum, quod calce mulae icuus perierit. A mula, inquit MORHOFIUS, referens pretium laborum in Afinum Apuleianum impenſorum.

1610. ap. Rapheleng. 12. *Bibl.* HEINS.

1624. Amſt. 12. Eadem.

In deſcribendis de Afino libris FABRICIUS uerſionem quoque commemorat italicam Angeli Firanzuolae, Ven. 1549. 8. Alia mihi nuper obtigit: *L'afino d'oro di L. APVLEIO, tradotto del molt' illuſtre Pompeo Vizani, Nobile Bologneſe, Venet.* 1625. 12. Figurae ſigno incifae ualde lepidae ſunt riſuique mouendo aptiſſimae. Non pigebit, legere ingenioſum, ut mihi quidem uidetur, FRANC. AGNELLI ad lectorem Epigramma;

Quid mirare librum, lector, mirare phraſemque,

Egregios typos, egregiosque modos?

Haec lege, mirare ceſſabis protinus. Imo

Mirum, miratus quod fueris, fuerit.

Pompeius uertit, frater uulgauit Iafon,

Rofcius impreſſit, Signius et cecinit.

Translationis auctor uulgatum et a Fabricio notatum errauit errorem, inſcribens: *L' Afino d'oro*, non intellecto eorum elogio, qui luſum Apuleii de Afino ob ſuaem, ingenioſam et eruditam elegantiam aureum appellarunt, uti Pythagorae et aliorum carmina aurea uocantur.

Oſſeru. III. de Th. Murnero.

Thomam Murnerum, Argentorati natum, Theol. Doctorem Iurisque Licentiatum atque ordini fratrum Minorum adſcriptum, fuiſſe capitalem b. Lutheri hoſtem, inter eruditos conſtat; qua de cauſa eum Tom. I. Opp. Ed. Alt. p. 589. et alibi MURNARRVM appel-



appellavit. Hocce titulo etiam a RAPH. MUSAEO, sub quo VLK. HVTTENVM, nobilem illum Francum, qui causae Lutheri favit, eamque scriptis acerrimis defendit*, latitare putant, exornatus est in libello quodam rarissimo, cuius rubrum: MVRNARVS LEVIATHAN, vulgo dictus Gelnarr oder Gaensprediger etc. sine l. et a. de quo vid. *Rel. Innox.* T. XIV. p. 58. Varia notatu digna de vita fatisque MVRNERI exhibet b. I. HERDEGENII, Ant. et P. P. Norimb. Schediasma Inaugurale de rarissima MVRNERI Logica memoratiua, 1739. in quo etiam scripta eius recensentur, e. g. von des eelichen standes nuß vñd beschwerden; item Narrenbeschwerung, Bas. 1506. Vir S. R. AD. RVD. SOLGERVS, FAVOR AETER-NVM COLENDVS, in exquisitissima Sua Bibliotheca habet duas huius scripti editiones recentiores, unam Argent. 1512. alteram ib. 1518. 8. Libellus quidam rhythmicis germanicis conscriptus, in octavo, ut cum typographorum filiis loquar, sine mentione auctoris, loci et anni promulgatus, satyrica huius opusculi imitatio est, paucissimorumque manibus teritur. Inscriptio haec est: Narrenbeschweren, Ein hübsch new und Kurzweillig Speil, wie man die Narren von einem beschweren soll, gehalten in der Eydnoschafft an der herrn sasnacht, zu Wellingen, addita figura, coniurationem et expulsi-onem lepide repraesentante. Non abs re erit, alius opusculi aequae rari mentionem iniicere. Est liber rhythmicus germanicus, circa uigesimum Sec. XVI. annum sine die et consule in 4. impressus, quatuor constans plagulis, multis lepidissimis figuris, cuilibet paginae adpositis, exornatus, hoc titulo: Novella.

Wår jemand, der new mår begårt, der wirt in disem büchlin gwårt.
Er wirt hören groß obenthür, die do kurzweillig ist gangen für.

quem pro ingeniosa adiurationis Murnerianae refutatione habeo.
Repraesentatur inter alia pastor quidam, hospites suos ita alloquens:
Noch eins ir gest müß ich ewch sagen, es ist näher dan in acht tage
Gestorben ein paur in miner pfarr, der was der allergröste narr,
Dasiß yn nit mit all min sinnen, mogt ab des luters glouben bringen.
Ich gáb drum leßund all min pfünd, das ich wußt, wie es vm yn stünd ic.
quo

* Quamuis personatus *Claymundus* illum infensissimum Lutheri hostem fuisse statuerit in *uita Erasmi* p. 9.



quo facto Karstians * (ita uocatur rusticus demortuus) pastori apparet, eique narrat, se propter Lutheri, quam uiuens amplexus fuisset, doctrinam, in locis inferorum summos pati cruciatus. Haec locutus euauit, et proximo die se rediturum promittit. Tunc pastor cum uillico et aeditimo consilium inuit de Murnero aduocando, ita dicens:

Er heist der Doctor Murner, wann ir yn möchten bringen här,
Der wußt bald, wie er yn solt bschwerē, vnd wie er yn solt reden leren.
Das ich von im gehöret han, wie er die narren bschwerē kan ic.

Murnerus uultu felino repraesentatus saepe Murmuro uocatur, atque a ruricola adurato deuorator, quod in fine ita exprimitur: Aber der narr yn bald erzucht, vnd den Murner so ganz verschluckt. Der meßner sprach herr pfarrer, wo ist nun der Murner ic.

Tandem Murnero misere pereunti acclamant:

Requiescat in pice. Er beschwert kein narren mē.
Slicht auch kein schelme** me de Bart Er sitzt ietz bliß biß in arnoecklin jart
Und singt ihr saphica här Von des luthers tochter

der Murner.

Redeo ad b. HERDEGENIVM, qui MURNERI uersionem Institutorum 1520 editam commemorauit. In *blst. crit. Beytraegen IX Stück*. p. 115. sqq. eadem uersio, Basileae 1519. 4. impressa uerbis recensetur, atque omnium prima et antiquissima nominatur. Reperitur hoc opusculum in laudatissima Bibliotheca SOLGERIANA, quae inter multa uerisimilia etiam Instituta, in codice chartaceo propria manu Murneri A. 1515. fol. scripta possidet, teste *Catalogo P. I.* p. 284. Rarissimum Murneri libellum ad Germaniae Proceres contra Lutherum HERDEGENVS commemorat, sed eius inscriptionem non indicat, quam, cum Fautor quidam Maxime Venerandus beneuole nobiscum communicauerit librum, exhibebimus: An den Großmech-
B
fig.

* Germanico sermone confecti dialogi extant, quorum auctor Huttenus esse quibusdam uidetur: inter hos est *Karstians* et *Neukarstians*; cui postremo XXX. articuli s. recuperandae libertatis momenta adiecta sunt, de quibus obseruandis coniuuasse quidam dicuntur. *Burkhard* in *Vita Vlr. Hutteni*.

** Murnerus promulgauit die *Schelmensünfft*, Augsp. 1514, 4. de quo libro v. Theoph. Sinc. p. 341. et 343.



tigsten un Durchlütigsten Adel tütscher Nation das sye den
 Christlichen glaubē beschirmen, woder den zerstörer des glaubens
 christi, Martinus luther einē verflorer der einseitigē christē, sine
 auctore. Inter literatos constat, esse foetum Murneri, in qua
 sententia nos confirmat, quod ei, quo uti nobis licuit, exempla-
 ri manus perantiqua addidit: Murner hats gemacht. Adscriptus
 est liber Carolo V. Imperatori peculiari dedicatione, in qua Lu-
 therus Catilina ab inferis reuocatus dicitur, atque seditionis perni-
 ciosae insinuat. In tractatione ipsa de uariis argumentis contra
 Lutherum disputat, et in fine ad Proceres reuertitur Murnerus,
 ipsisque cauet, ne Luthero in omni fidei habeant: non omnem
 tamen Megalandro eruditionis et ueritatis studii laudem derogat,
 sed cum hisce uirtutibus abuti affirmare conatur. In calce legitur:
 Getruckt von Joh. Srieninger (zu Straßburg) im Jar 1520.
 mit Keiserlichem Privilegium, in einem iar niemans nachtrucken
 soll. B. Lutherus Murnerum singulari dignum non habuit confu-
 ratione, sed in alius libelli extremis animose sese defendit, qui
 Witteb 1521. 4. hoc titulo prodit: Auff das vbirchristlich. vbirz
 geistlich. vnd vbirkunstlich buch Docks Emfers zu leypsic
 Antwort D. M. L.

Daryna auch Murnars seynß gefelln gedacht wirt.

Herdegenii notitiam duo Murneri scripta effugerunt, nempe:
 vom großen luthrischen narren, wie er yn beschworen, Straßb.
 1522. 4. cum sig. quod ab eiusdem Narrenbeschwerung sollicitè
 distinguendum est, et in Bibl. Solg. P. II. p. 372. extat; nec non
 translatio germanica Aeneidos Virgilianae, memorata in *Catal.*
Bibl. Theoph. Sinceri s. G. I. SCHWINDELI, cuius rubrum: Vergilli
 maronis dreyhehn Arneadischen bücher vom trolanischer Zerstörung
 vnd vffgang des roemischen Reichs. Durch Doctor Murner
 vertüßt Straßb. 1515. fol. cum sig. Studiosissime perquirebam Sin-
 cერი *Analecta literaria, Thesaurum Bibliothecalem, et Notitiam libr.*
non nisi uet. et rar. sed frustra quaerebam. Auctores der Crit. Beyr.
 1. Sr. praeter alias Aeneidos versiones hanc quoque indicant, sed
 sine ulla descriptione sicco transeunt pede, et ne inscriptionem
 quidem commemorant. Ex quo efficitur, ipsis eam uidere non
 licuisse et ualde raram esse. Exhibent tamen recentiores huius uer-
 sionis editiones; quartum altera *Wormatae* 8. sine anni, altera 1543.
 8. sine loci mentione impressa fuit; sed dum primam oculis suis
 non



non usurparunt, se auctorem nescire fatentur. Congruentia uero titulorum ipsorumque rhythmorum nos edocuit, esse unum eundemque laborem Murneri, qui *Franc.* 1559. 8. c. *fig.* et *Ienae* 1606. 8. recudebatur.

Obseru. IIII. de Viperano.

Inter scriptores, qui rem poeticam accurate copioseque explicarunt, non ultimum occupat locum IO. ANT. VIPERANVS, qui sagacitate ac ueterum optima noitia multos alios superat. Dolendum sane, uirum hunc, ut de elegantioribus litteris, ita de historia meruissimum tanta latere obscuritate. Natione Siculus fuit et quidem Messanensis, nat. 1540. mortuus 1610. Opera eius HI. Tom. Neapoli edita rarissima sunt; plura autem scripta separatim edita deprehenduntur. In *Bibl. HEINSIANA* memorantur libri III. de Poetica, Antvv. ap. Plant. 1579. 8. et liber de Rege et Regno ad Regem Philippum*, ib. ead. form. eodemque anno. *Bibl. SOLGERIANA* habet eiusdem de obtenta Portugallia a Rege Catholico Philippo Historiam, Neap. 1588. 4. quae etiam in ANDR. SCHOTTI *Hispan. Illustratae* Tom. II. reperitur. *Thesaurus Bibliothecalis*, qui Norimb. 1738. 4. prodit *Vol. I. p. 52.* exhibet rarissimum Viperani opus. de Diuina Providentia libros III. ad S. D. N. Sixtum V. P. M. Romae 1588. 4. Conferri iubet Schyvindelius, *Thesauri conditor*, *Toppii Biblioth. Neapolit. fol. 129.* Viperanum perperam pro Neapolitano uenditantis, ipsumque Theologum et philosophum eruditissimum nominantis. In IO. BODINI *Methodo Histor.* et in *Penu Artis histor. T. I.* praeter alios extat Viperanus de scribenda historia. Concinnauit quoque Orationes, Poemata et Commentarium in Ciceronem de optimo genere orationis, quae omnia Plantinus typis expressit. Mirandum, uirum hunc doctissimum Morhofio, Bailletto cum Giberto non innotuisse. Quidquod! Solertissimus Petr. Baelius in *Lexico* suo nihil de Viperano commemorat.

Obseru. V. de Io. Gerhardo, Theol. Ienensi.

Nemo eruditorum est, qui nesciat, GODOFREDVM ARNOLDVM in uexatissima sua *Historia Eccl. et Haer.* nihil aliud agere, quam

B 2

* Apud quem Viperanus Historiographi munereungebatur, quod postea cum Episcopatu quodam, cui nomen *Giouinezzo*, commutabat.



ut haereticorum quorumuis in se suscipiat patrocinium, eosque, si non defendat, certe excuset, ac in mitiorem de illis pronunciet partem; purioris uero doctrinae studiosos acriter perstringat, maiorumque omnium, quibuscum conflictata est ecclesia, in eos transferat culpam. Varias inde uirorum doctorum expertus est censuras. Calamos quippe contra eum strinxerunt Pffannerus, Cyprianus, Coruinus, Caroli, Scultetus, Clarmundus (seu I. C. RÜDIGER, qui sub hoc nomine latet) ut Fectium, Mayerum, Zentgrauium, Loescherum multosque alios traceam, qui Arnoldum peculiaribus depexum dederunt dissertationibus. Robertus illos recensuerunt BVDDEVS in *Ulag. p. m.* 816. *sqq.* et FABRICIVS in *Hist. Bibl. Suae P. II. p. 452. sqq.* Non temperare sibi potuit ARNOLDVS, quin maximi nominis Theologo IO. GERHARDO heterodoxias maculam inueret atque affirmaret, uirum hunc *εβδομήκοντα* erroribus Henr. Rhatmanni, uerbi diuini apud Gedanenses ministri, uiri alias pii et docti, fauisse. Verum E. R. FISCHER in *Vita GERHARDI Cob.* 1723. non tantum p. 128. testatur, Gerhardum multum contulisse ad controuersiae RATHMANNIANAE decisionem, sed et p. 335. *sqq.* ARNOLDVM data opera refutat. Quod historiam litis huius attinet, e recentioribus eam dederunt Viri Celeberrimi, IO. GEO. WALCH in *der Einleit. in die Relig. Streit. der evang. luthr. Kirche*, P. I. p. 524. *sqq.* et IO. ERN. SCHUBERT in *Instit. Theol. Polem. P. IV. c. X.* p. 323. *sqq.* Forte non ingratum erit, legere ea, quae Robertus Robertinus, Regiomontanus, qui aliquo tempore Lutetiae in familia Legati Danici fuit, in litteris ad Berneggerum Dantisci 1622. d. XVII. April. exaratis de controuersia ista narrat. „Hic Dantisci, „inquit, inter Theologos mirae et scandalosae agitantur controuersia. Dominus Rhatmannus in tractatu quodam uerbi diuini interioris et exterioris mentionem fecit, quam distinctionem nouel- „lus Theologiae S. S. Doctor publice pro rostris exagitauit, indeque „ansam arripuit, ulterius inquirendi in dogmata Rhatmanni et Dilgeri, comperitque, illos in concionibus suis summo studio uitam „Christianis dignam ut geramus, inculcare; prout et ipsi sunt uiri, „omnium testimonio innocentis uitae, et suadere auditoribus suis, „ut studiose legant ARNOLDVM de V. C. Hinc apertus campus calumnias et conuitiis, praesertim cum furorem quotidie augeat deuotorum ciuium, et auditorum ad Rhatmanni conciones concursus. Hinc „illa publice perfonant, controuersias negligi, hypocriticam uitae „fan-



„sanctitatem assumi, ad Enthusiastarum, Weigellianorum, Arndjanorum, Fratrum roseae crucis castra descendi, et quae sunt alia, quae uel in desertis templis declamantur. Interim Rhatmannus, quem adii, ridet, tacet et sperat, quod et certo futurum affirmat, hoc initium esse instantis ecclesiae persecutionis et rel., uid. *Electa episcopica in Heum. Poec. T. II. l. 2. p. 208.*

Vr redeam ad id, unde coepi, ARNOLDVS non desinit, uirus suum in Gerhardum euomere, uirumque optimum collusionis cum Weigelianis et Rosacrucianis insimulare neutiquam dubitat, imò affirmat, Gerhardum sibi reuera persuasisse, lapidem philosophorum non esse fictam et commentitiam fabulam. V. eius Kirch. u. Ketz Hist. T. II, L. 18. p. m. 253. In uivis adhuc erat Gerhardus, cum roseae crucis societati ipsum adscriberent sycophantae, quibus breue et neruosum opposuit carmen, quod in GVDLINGII *Hist. Litt. et Cel. Doct. I. F. COTTAE* praefatione, Gerhardi Locor. Theol. editioni nouissimae praefixa reperitur. Nonne scripta Gerhardiana impiam hancce suspicionem ab eo longissime remouent? Et nonne hodie omnes emuncionis nasi omnia ea, quae de societate ista circumferuntur, a uero abhorrere, et inter lepida fagmenta docti cuiusdam uiri, acutissimi forsan IO. VAL. ANDREAE, referenda esse statuunt? Sed quid de lapide Philosophorum? Indicabo fontes, e quibus Arnoldus calumniam suam hausisse mihi quidem uidetur. Ipse Gerhardus peculiari scripto de fraudibus Pseudochymicorum egit, quod ipsemet testatur Tom. VI. Loc. Theol. in Loco de Magistratu § 428. Perperam quoque libros: *Exercitationes in Gebrum libros summae perfectionis, et Analysin super Lullii partem practicam*, qui libri Tubingae coniunctim prodierunt, Gerhardo nostro attribuit Arnoldus. Turpiter errat, confundens alium cognominem cum Gerardo Ienensi, quem ab eo distinguendum esse docet IO. MOLLERI *Homonymosc. C. VII. p. 677.* Geber erat Chymicus Arabum celeberrimus, Sec. VII. clarus, quem Chymici Magistrum Magistrorum uocant. Euolui de ipso possunt ANTONII *Bibl. Hisp. T. II, p. 250 sqq.* GVDLING. *Hist. Litt. T. II. p. 1652.* et ISELINI *Lex Historicum.* Is, qui in hunc Gebrum scripsit, fuit IO. GERHARDVS, Stutgardianus, Med. D. et P. in Academia Tubingensi, a 1607. fatis functus, cuius scripta chymica recenset BORELLVS in *Bibl. Chymica, p. 98.* Gundlingius de hoc Gerardo Tubingensi uerba faciens minus accurate eum medio Sec. XVII. uixisse statuit. Mirum certe, MORHOFIVM, qui in *Polyh. T. I. l. 2. c. 5.* multa de arte Lulliana commentatur, eorumque, qui



ipsam illustrarunt, et interpolarunt, libros diligentissime recenset, ne minimam huius Gerhardi Medici iniicere mentionem.

Observ. VI. de Hyperii Opusculis theologicis.

Veteris ecclesiae reformatae magnum sidus fuit ANDR. GERHARDVS, a patria HYPERIVS dictus, HYPERIS quippe, FLANDBRIAE oppido 1511. natus, qui eximie praecipue inclaruit scriptis. Praeter de formandis concionibus libros multosque alios vulgavit Methodum Theologiae, Bas. 1568. 8. Ab illa adcurate discernendi sunt Libri de Theologo, s. de ratione studii theologici, 1556. ib. e. f. ap. Opor. editi, saepius recusi et in 10. FR. MAYERI Praef. ad Museum Ministri Ecclesiae maxime laudati, quos summa immodestia excerpit et in suos de recte formando Theologiae studio libros IV. (totidem uero HYPERIVS habet) Antvv. 1568. 8. excusos transtulit Laur. Villauincencius, Hispanus, Doctor Louanienfis. Neque contentus insigni hoc plagio impudentissimus homo eidem auctori librum memorarum de form. concionibus totum, retento ipsomet titulo, furrupit et suo promulgauit nomine, quod praeter VAL. ANDREAE in *Bibl. Belg. p. 49.* et ANTONIYM in *Bibl. Hisp. T. II. p. 9.* etiam notauit b. ANDR. CALOVIYS in *Paedia Theol. p. 12.* Nempe qui alias ob haeticam legi non poterant prauitatem in terris pontificiis libri, eos nomine suo solo, uelut antidoto munitos suis secure propinauit Villauincencius. Mitto turpissimum plagiorem, et ad Hyperium reuortor, quo mortuo ipsius *Varia Opuscula Theologica, in totius Reip. Christianae utilitatem conscripta, Bas. ap. Opor. 1570. 8.* impressa sunt. Incidebat in manus meas liber, eodem titulo, plane iisdem uerbis, iisdemque adeo lineis constans, in ead. offic. 1580. 8. excusus. Certi nihil de hisce opusculis statuere audeo, nisi quod editores illam collectionem Tomi I. hanc II. nomine insignire oblitos esse suspicer. Vtriusque indicare argumenta non abs re fore existimo, cum libri ista non sint in omnium manibus, et hoc modo facilius a se inuicem discerni possint. Editionem anni 1570. complectentem litt. A-OO. suo et haeredum Hyperii nomine Guilieimo, Langraffio Hassiae adscripsit Henr. Victor, Fridbergensis, Marpurgi. Continentur sequentia:

„De sacrarum litterarum studiis non deferendis; „quem sermonem BVNDEVS in *Isag. p. m. 36.* laudat, seorsimque excusum esse indicare uidetur.

„De institutione nouorum Collegiorum, quibus iuuentus eruditur ad suscipiendam ecclesiarum gubernationem.

„De



- „De publico studioforum in sehola theologica examine consilium.
„De Catechesi, „quod scriptum seorsim editum est *Helmst.* 1704. 8.
„De fide hominis iustificandi quaestiones.
„De causa efficiente salutis.
„De uia iustificationis triplici.
„De spiritu et littera.
„Conciliatio locorum Rom. II. 13. et III. 20.
„De hominis merito apud Deum.
„De Missarum celebratione; et historiam 2 Macch. XII. parum
prodesse ad Missarum celebrationem probandam.
„De baptisate pro mortuis, ad I Cor. XV. 29. „In C. A. HEVMANNI
Poec. T. III. extat ipsius in hunc locum dissertatio exegetica, in qua
pro lectione sua fere inusitata XVII. aliorum interpretationes enarrans
et sub examen uocans, Hyperii mentionem plane intermitit. Sta-
tuit uero Hyperius, duo distincta pro resurrectione carnis argumenta
contineri uerbis Paulinis. Prius de fide ac persuasione certorum ho-
minum, baptismum recipientium, quando Apostolus dicit: *οἱ βα-
πτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν*, ubi de iis sermonem esse putat, qui in
extremo uitae positi baptismum sibi conferri postulabant et *κλιτικῶς*
audiebant, atque prouocat ad morem ueteris ecclesiae, quo catechu-
menis, si in morbum incidissent letalem, baptismus impendebatur,
ne absque signaculo salutis hinc migrarent. Sententiam hancce Flacio,
Bosio aliisque probatam HEVMANNVS ceu durissimam et ualde contor-
tam expofit atque reiecit. Posterius pro adstruenda futura resurre-
ctione argumentum defumit Hyperius a baptismo et forma publicae
confessionis omnium communiter, qui in ecclesia baptismo initiantur,
quia Paulus indefinite et generatim dicat: *τι βαπτίζονται ὑπὲρ τῶν
νεκρῶν*. Cur, priusquam baptizantur, publica confessione testantur, se
credere, quod mortui sint resurrecturi? Etiam haec interpretatio Heuman-
no displicet. Variusque argumenti auctores profert Hyperius, neuti-
quam, ut sibi uidentur, poenitendos. Prius extat apud Epiph. L. I.
T. II. Haer. 28. posterius legitur apud Theophylactum, subindicatur
uero etiam a Primasio et Sedulio in Comm. in Epp. Paulinas. Tan-
dem Hyperius affert expositionem eorum, qui putant, Paulum respi-
cere ad morem quorundam, pro demortuis necdum baptizatis uiuum
ali-

AKTA 831



aliquem baotizantium; sed eam iisdem, quibus Heumannus, iugulat rationibus.

- „De Synodis annuis.
- „De publica in pauperes beneficentia. „*Seorsim prodit Lips. 1596. 8. et eruditis ualde commendatur.*
- „De feriis Bacchanalibus, quod apud Christianos locum habere non debeant.

Tractatus tres, de Missarum celebratione, de baptisate pro mortuis et de feriis Bacchanalibus coniunctim prodierunt Franc. 1718. 8. Praefatiuncula iam 1664. d. 22. Febr. data indicat, libellos hosce editissimo Augustae Bibliothecae penu prolatos fuisse. Editor se subscripsit B. Daetrius, D.

Altera Hyperii Opusculorum theol. collectio eadem, qua recensita, gaudet inscriptione, apud eundem Oporinum in 8. impressa est, et quidem, uti titulus habet, 1580. cum ramen in calce legitur annus 1571. Comprehendit litt. A - EE. atque nomine uiduae Hyperianae dicata est Philippo et Francisco, Comitibus in Waldeck a Iusto Vulteio, Marpurgi, 1569. Praefationem sequitur elegans carmen latinum de uehementi amore Ioannis, Comitis in Waldeck erga Philippum, Hassiae principem. Continentur autem

- „De piorum auditorum in diiudicandis doctrinis officio.
- „De prouidentia Dei, et consolationibus ab ea petendis, cum enarratione Psalms CVII.
- „De probatione sui ipsius.
- „Consultatio de coniugio ministrorum ecclesiae.
- „De Babylone in Apocalypsi.
- „De aequalitate Patris et Filii.
- „De Decalogi digestionem; et Ebraeorum, Latinorum et Graecorum super hac re sententia.
- „De Doctoratus ueris insignibus ad 2 Cor. II.
- „De sacramentis, ubi nonnulla de baptismo et circumcisione.
- „De uerbo Pauli Rom. III. 24. et de iustificatione per solam fidem.
- „De hominis reproba menta ad Rom. I. 24.

T A N T V M

u.c




ULB Halle

3

004 450 582







OBSERVATIONUM LITTERARIARUM
HEXADEM

SISTIT
EAMQUE
VIRO

MAGNIFICO, SUMME VENERANDO ATQUE EXCELLENTISSIMO
DOMINO
IOANNI BARTHOLOMAEO
RIEDERER

PHILOS. ATQUE S. S. THEOL. DOCTORI
HUIUSQUE PROFESSORI PUBLICO CELEBERRIMO
NEC NON

ECCLESIAE ALTORFINAE DIACONO MERITISSIMO
PATRONO AC PRAECEPTORI AD VRNAM VSQVE
OMNI PIETATIS CVLTV SVSPICIENDO

IN
GRATISSIMAE ET OBSERVANTISSIMAE
MENTIS TESTIMONIUM
SACRAM ESSE HVET

PATRIIS MVVIS VALEDICTVRVS
GEORGIVS ERNESTVS WALDAV
NORIMBERGENSIS.



ALTORFII MDCCLXVI
LITTERIS HESSELIANIS.

